UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio quarta

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

q̄d et tu facer̄ vales hoc. Cui vitus. In nomine dei mei valeo. ſtatimq̄ꝫ pro eo orauit: et ſanitatem ſibi obtinuit. Dixitq̄ꝫ prefectus. Pater corripe puerum tuum ne male pereat. Tu autē domine. Lectō tertia

Cum aūt pater filium occidere cogitaret angelus domini modeſto pedagogo ei⁹ apparuit ꝛ vt nauem conſcēdēs puerum ad aliam terram duceret imperauit. Quod cum feciſſet aquila eis cibum afferebat: ꝛ multa ibidem mirabilia faciebant. Interea fili⁹ Dyocletiani imꝑatoris a demone arripitur ꝛ niſi vitus lucanus veniat ſe nūq̄ꝫ exire fatetur. Tu aūt. Lectio quarta

Vitus queritur ꝛ inuentus ad imꝑatorem ducitur. Cui Dyocletianus. Puer pueruꝫ meum ſanare vales. Cui ille Non ego ſed dominus. Statimq̄ꝫ ſuꝑ eum manus impoſuit et protinus ab eo demon aufugit. Et ait diocletianus Puer conſule tibi ꝛ dijs ſacrifica: ne mala morte intereas. Quod cum ille recuſaret ꝛ in carcerem cum modeſto miſſ⁹ fuiſſet ſubito ferri moles que eis erat impoſita cecidit: ꝛ carcer immenſo lumine choruſcauit. Tu autem do. Lcō q̄nta

Quod cum imperatori nunciatum fuiſſet: eductus in clybanum ardentem mittitur ſed tamen illeſus egreditur. Tunc leo terribilis ad eū deuorandum mittitur: ſed tamē ab eo fidei virtute placatur. Tandem ipſe cuꝫ modeſto et creſcentia nutrice ſua que ſemper eum ſecuta fuerat in eculeum ſuſpendi iubetur. ſed ſubito aer ꝑturbatur terra concutitur. tonitrua mugiunt. idolorum templa corruunt ꝛ multos occidunt. Tu aūt. L. vi.

Imꝑator aūt territus fugiēs pugnis ſe ꝑcutiebat dicens: Ve mihi q̄ ab vno puero victus ſum. Illi aūt ab angelo continuo ſoluti iuxta quoddā flumen ſe inuenerunt ꝛ ibideꝫ pauſantes et orantes aīas domino reddiderūt. Quorū corpa ab aḡlis cuſtodita florentia illuſtris matrona ſacto vito reuelante reperit ꝛ ea accipiens honorifice ſepeliuit. Paſſi ſunt autē ſub Diocletiano. qui cepit circa annū domini ducenteſimum octuageſimum ſeptimum. Tu autem

Aurei ꝛ Juſtine. xvi. Junij celebriter ſicut de martiribus. Lectiones de communi. Col.

Deus qui glorificaris in cōſilio ſanctorum martirum tuorum Aurei et Juſtine reſpice ad preces humilitatis noſtre et, quoruꝫ ſolennia celebram⁹ eoꝝ ꝑcibus adiuuari merea-